



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117964

§. 18. S. Eduardi extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](#)

Jo-
cto,
imo
dal-
ex-
diu
he-
no-
pti-
ne-
nde
per
&
Esu
ous
ur.
ari
im,
&
sus
ræ,
gis
ie-
ta
n-
ur-
pi-
li-
vi-
n-
u-
as
Jus persecutionis auctor esse dicebatur Sæculum XI.
quidam Plusso, qui Gothescalci sororem A.C. 1065.
conjugem acceperat, & ipse ad sua re-
versus imperfectus. Tandem Sclavi,
omnibus, qui Christianam Fidem abjice-
re recusabant, interemptis, universali
conspiracyone ad vomitum, id est, ad Ido-
lorum cultum redierunt. Tertia hæc
erat Gentis perfidæ apostasia; quippe
primo ad Fidem opera Caroli Magni,
deinde Ottonis, & tertio Gothescalci
conversa fuerat.

§. XVIII.

S. Eduardi Extrema.

In Anglia Ecclesiæ Westmonasteriensis
structura anno millesimo sexagesimo
quinto perfecta, Rex Eduardus ejusdem
Dedicationem ad diem Innocentium di-
stulit, eam majore pompa in Festis Na-
talis Domini, quo tempore Optimates
ad comitia publica convenire solebant,
celebraturus. Ceterum, imminere sibi
mortem, persuasum habebat, ex Reve-
latione a duobus Peregrinis, nomine S. Boll.
vit. c. 9. ap.
Joannis Evangelistæ, quem singulari de-
votione colebat, ad se delata. In ipsa
Natalis Domini Nocte a febre correptus
est, qua tamen dissimulata in publico
convivio cum Episcopis & Optimatibus
assedit. Ubi Festum Innocentium adve-
nit, Dedicationem Ecclesiæ magnificen-
Cad. in Angl.
Script. 10.
tissime p. 398.

Sæculum XI. tissime peragi jussit, in eaque plurimas
A.C. 1065. Reliquias, quæ Regis Alfredi, & olim
Caroli Magni fuerant, depositus.

c. 3.

Char-
tam quoque omnibus audientibus reci-
tari voluit, in qua juxta Bullas Pontifi-
cum Leonis & Nicolai Donationes & pri-
vilegia ad hoc Monasterium pertinentia,
atque etiam exemptionem a Jurisdic-
tione Episcopali, adjecto jure Asyli, confir-
mabat. Huic Chartæ subscripserunt
Rex, Regina ejus uxor, Stigandus Ar-
chiepiscopus Cantuariensis, Eldredus Ar-
chiepiscopus Eboracensis, & alii Episco-
pi decem, item Abbates quinque & com-
plures Proceres, quorum primus Harol-
dus Eduardi Successor legitur. Dies
apposita est vigesima octava Decem-
bris anno 1066. sed annus tunc in Natali
Domini, sicut etiam in Germania, inci-
piebat.

Ingravescente morbo, Rex publice
affirmavit, se cum Regina non more ma-
riti, sed fratri semper fuisse versatum,
eamque Haroldo Duci ipsius fratri com-
mendavit. Illorum deinde memor, qui
se ex Normannia redeuntem secuti fue-
rant, omnes congruis beneficiis fovit,
jussitque corpus suum in nova Ecclesia
Westmonasteriensi sepeliri, præcipiens,
ut mors sua nullo temporis spatio cela-
retur, unde alicujus preces pro anima
sua retardarentur. Obiit tandem quar-

ta

ta Januarii anno millesimo sexagesimo Sæculum XL.
 sexto, Indictione quarta, postquam re-
 gnasset annis viginti tribus, mensibus
 sex, diebus viginti septem, in eoque ex-
 tincta est Stirps Regia Anglorum post an-
 nos sexcentos viginti, ex quo illa Gens,
 nempe anno Salutis quadringentesimo *Sup. lib.*
quadragesimo sexto, ad Magnæ Britanniæ XXXIV.
 litora primo appulsa est. Multa Miracula *§. 14.*
XXXVI.
tam de vivo, quam mortuo referuntur; *§. 1.*
 Ecclesia vero ejus memoriam quinta Ja- *Mart. Rom.*
 nuarii titulo S. Eduardi Confessoris, ut *5. Jan.*
 discernatur a Martyre, colit. (*)

A.C. 1066.

§. XIX.

Guilielmus Normannus, Rex Angliæ.

Eduardo Rege rebus humanis erepto, *Gesta. Guil.*
 Haroldus Dux ejus Sororius nulla in- *c. 196.*
 terpo-

(*) In Critica Antonii Pagi hæc leguntur:
Anglorum Reges curandi strumas vel scrophulas
privilegium a S. Eduardo repetunt, eique acce-
ptum ferunt. Hujus rei meminit Petrus Ble-
sensis in epistola CL. Item, Malmesburiensis
vero lib. 2. de Reg. c. 13. Denique Polydorus
lib. 8. Solo enim tacitu tam a Regibus Anglo-
rum, quam a Regibus Francorum, ut infra vi-
debimus, ac a septimis masculis nullo interjecto
partu fæmineo natis curantur, quod de his ul-
timis centies & amplius propriis oculis vidi.
Quare non est, quod quidam Medici hæc comi-
menii-